

tionem, tum plurima congesta corruptio- num in Textu Hebraico exempla. Com- munitis est ea quidem Christianorum om- nium cuiuscumque communionis causa, ut integritatem Textus originalis defendant; sed ab omni immunem mendo demonstra- re nemo cogitur. Plura enim irrepsisse vel ipsa lectione constat; plura etiam ope ve- terum Graecorum & Latinorum Interpre- tum deprehenduntur, quae methodus est Capellii. His autem & nos mendosam esse lectionem Caari pro Caru demonstra- vimus.

Neque de industria corruptum à Judeis Textum Originalem ego quidem credide- rim (b). Nihil frequentius occurrit in Hebraeo, quam ut Jod pro Vau irrepat; quemadmodum sexcentis Scripturae demon- stratur (c). Vix autem excusandam credi-

b Vide Gene- brar. in hunc locum, & Bo- ob. de Anima- libus Sacr. par. 2. l. 3. cap. 6. c Vide Glassum Philol. l. 1. Tract. 1. Ave- nar. Gram- mat. l. 3. p. 583. Marin. Bixi. Arcu- Noe fol. 332.

# DISSERTATIO DE EXCANTATIS SERPENTIBUS ad Psal. 57. 5.

**S**olemne est Scriptoribus Sacris, quamquam alioqui Divino, su- pernaturali, & infallibili lumi- ne illustratis, ut vulgarem lo- quendi rationem aliquando se- ctentur, admissis praerudicis, atque popularibus erroribus, quod se ad captum & indolem vulgi accommodent. Hinc legimus non raro in Scriptura amo- rem, odium, iram Dei, ejusque oculos, manus, & pedes; legimus tributas ani- malibus brutis laudes prudentiae, intelli- gentiae, & grati animi; legimus Caelos, Astra, Solem, Lunam, Stellas veluti sub signis ad nutum Domini stare, ejus iustis- sime obsequi, dicto esse audientes, vo- luntatem ejus venerari, laudes promul- gare. Audire Deus legitur voces pulli- corvorum ad ipsum clamantis (a): in- terdum columbae simplicitas, & anguis prudentia promittit in exemplum (b); in- terdum Deus foedus inire dicitur cum Noe ejusque filiis, & brutis omnibus animan- tibus (c). Quatuor esse super terram scri- bit Salomon in Prov. 30. 28. quae minima licet, sapientiam tamen vel ipsos sapientes viros superant; nempe formica, mus quidam amplior nomine schaphan, locu- sta, & lacerta. In Ps. 57. 5. monemur, furorem impii esse ad similitudinem ser- pentis, & sicut aspidis surda obturantis aures suas, quae non exaudiet vocem incan- tantium, & venefici incantantis sapienter. Hunc igitur Textum modò illustrandum suscipimus, revocantes in examen, 1. an serpentes aliqui surditate laborent; 2. an aures aliquando obstruant, ne excantan- tium vocem auscultent.

Illud certissimum constituimus, angues,

mus eorum pervicaciam, dum lectionem planè mendosam defendendam suscipiunt, apertissimè altera & pronà rejeclà; quòd hæc præ illà veritati de supplicio Jesu Christi testimonium ferre deprehendatur. Ex quo verò Authores Massoræ veteres RR. legisse Caru profitentur; cur, rogo, veterem hanc lectionem sive in Textu si- ve in margine non retinuerunt? Quod verò ad Christianos attinet, potuissent illos sine prævaricationis notâ credimus tam apertum assertumque in priscais Ver- sionibus oraculum deserere, ut novam le- ctionem sequantur, ab adversariis Jesu Christi productam, quorum semper fides suspiciosa fuit; cum res est de Textibus, & interpretationibus nostræ Religionis ve- ritati faventibus?

non secus ac cætera bruta omnia, ratione prorsus & intelligentiâ destitui, ut eorum omnis calliditas ad insidendum & machinam quandam cæcâ prorsus ratione agentem referatur. Agnoscimus tandem in Magis & Dæmonibus vim certis tantum limini- bus terminatam, & Divinæ voluntati per omnia subjectam. Quæ sanè omnia ad eò explorata sunt & aperta, ut eorum exa- mine refecato, ad ea quæ majoris indagi- nis videntur, Dissertationem hanc nostram cogamus.

Textus Hebraicus hujus loci habet ad literam: Venenum eorum (d), sive furor, venenum est serpentis, velut aspidis surda; sive juxta alios (e), Basilisci surdi, obtu- rantis aures suas, quae non exaudiet vocem incantantis, & venefici incantantis sa- pienter; ad literam: Vocem obmurmuran- tium, & veluti sibilantis & cogentis, qui serpentes cogit. Chaldaus habet. Venenum eorum venenum serpentis aspidis surda, quae non exaudiet vocem & verba venefici alligantis serpentis; qui nempe stuporem illis inducit ne mordeant. Septuaginta habent (f): Furor illis veluti aspidis sur- da; obturantis aures suas, quae non exau- diat vocem incantantium.

In eo Textu duo animadvertenda, 1. *musitatio* incantantis; 2. Medicamen quo serpens demulcetur. Sed de magicâ hac offâ nihil in Textu Hebraico. Juvat ta- men singula adnotasse, ut variae incan- tandi serpentis artes apud Veteres usita- tæ intelligantur, de quibus etiam infra.

Primum igitur in examen revocandum est, quid pro surditate serpentis aspidis, obturantis aures suas, designetur; an sur- ditas illa naturâ inducta sit, vel artificio obtu-

a Psal. 146. 9.

b Mat. 10. 16.

c Genes. 9. 10.

d Chamath la- mo Kidmoth chamoth, pas- chasch Kemo Pheben che- vesch jates of- no. Acher lo Jischmag le- Kol melacha- schim chofar chafarim me- chukam. e Syr. Hieron. f August. Vo- cem incantan- tium, & me- dicamenti me- dieati à Sa- piente. Edit. Complut. Vox Incantatoris & stuporem inducentis, & qui à sapiente excantatur.

obturatis arte quadam auribus, quomodo de fociis Ulyssis narrat Homerus Odyss. 12., cum nempe clarissimus ille Heros aures illorum cerâ obstruxit, ne Sirenum musicâ caperentur; sive quomodo apud Sacerdotes Idolorum receptum erat, ut aures suas thure occuparent, ne in car- minum sacrorum recitatione ex sublato circum rumore distraherentur (g). Qui- dam ex Rabbiniis docent (h), vetulam as- pidem surditate unâ aure contrahere; alteram verò terræ opponere, ne quid un- quam de Venefici excantatione audire con- tingat, eaque demum arte Veneficum elu- dere. Volunt autem Hebræum Peten, quod ibidem legitur, designare vetulam aspidem & alterutrâ aure surdam. Opi- nantur alii, hebetem esse aurium sensum in aspidem; ex quo, inquit, surda jure meritoque appellatur [i]. Nec frustra illi; cum genus anguis quoddam memore- tur surdi quidem, sed inter aspides per- niciosissimi. Verum si naturali surditate laborat aspis, de qua in Scriptura, quòd aures ad Venefici carmina ocluderet ni- hil erat. Ex peritissimorum etiam Scri- ptorum de rebus naturalibus testimonio (k) scimus, aspidem genus acerrimo, fi- cut & cæteri ferè omnes angues, aurium sensu præstare.

Patres & sanior Interpretum pars Tex- tum hunc prono & obvio sensu exposue- runt. S. Augustinus, Cassiodorus, Beda, S. Isidorus alique plures in ea fuerunt persuasione, aspidem vix ad primum Ma- gicorum carminum sese è latebris evo- cantium susurrum, alteram aurem terræ ap- plicare, alteram verò caudæ summitate ocludere, donec evocatio absolvatur. Pa- tres Græci, uti Eusebius, S. Athanasius, Theodoretus, callidâ quadam arte surdita- tem sibi inducere serpentem credunt; sed quam potissimum non explicant. Bochar- tus, qui omnes consuetæ eruditionis sue nervos in hoc argumentum intendit, de- monstrat notos fuisse apud Veteres angues, qui venefici artem omnem eluderent. Cu- jus rei duplicem causam potissimum sta- tuit; 1. cum Anguis horrenti quodam sibili elato, Incantantis vocem vel supe- rat, vel saltem æquat; seu potius ser- pens sibilatione vel murmure suo evo- canti Mago & respondet, & illum rudi quadam imitatione æmulatur, quod à Latinis verbo *recanere* exprimitur [l]. Illud equidem animadvertendum, in He- braeo Scriptura positam esse vocem, quæ murmur, & sibilationem designat, cum de Venefico evocante agitur. 2. Cum ser- pens naturali surditate laborat, sive vene- ni sui malignitate vim Magicorum car- minum superat. Sermo est apud Veteres de anguibus frustra ab Incantatoribus ten- tandis (m); & apud Arabes, angues surdi genus sunt serpentum [n], quorum ve- nenum insanabile, præsentissimum & le- thale; quique vim omnem magici carmi- nis ita eludunt, veluti si occupatas habe- rent aures. Eo posteriori sensu Kimchi Te- xum hunc interpretatur, quemadmodum vulgari sermone usurari solet, impios au-

g Cassiodor. in Psal. 57. 4. Ob- turare à Sa- cerdotibus tra- ctum est, qui aures suas thure replebant, ne peregrinis verbis interce- dentibus con- fusa carmi- num memoria turbaretur. h R. Salomon. & Kasuenaki. i Bustamant. lib. 3. cap. 2. de script. ani- mal. k Vide Nican- dr. Theriac. v. 162. Plin. lib. 8. cap. 23. Mercurial. apud Bochart. de Animal. Sacr. p. 2. lib. 3. cap. 6.

l Plin. lib. 28. cap. 30. Non pauci credunt ipsas recanere.

m Elian. lib. 1. cap. 54. Hi- stor. Animal. n Vide Boch. loc. cit.

res obducere clamoribus pauperum, & æquum aliquem Judicem supplicum vo- cibus obsurdescere; qua phrasi id innui- mus, alterum nullâ miseratione tangi, alterum nullâ arte labefactari, quin judi- cii æquitatem tueatur.

Antequam mentem nostram prodamus, sedulo examini rem illam subjiciendam & altiùs repetendam censemus. Extra om- nem dubitationem positum est, plures fuisse apud Hebræos incantandi serpentes artes. Interdum ad eò demulcebantur, ut mordere amplius non possent; sæpè etiam vulnus ipsum à serpente factum magi- cis carminibus tractabatur: Mittam vo- bis serpentes regulos (Hebr. perniciosos) quibus non est incantatio, ait Jerem. 8. 17. & Eccl. 10. 11. Si mordeat serpens absque incantatione (Vulg. in silentio). Hebræum gemini hujus Textus exponi po- test seu de veneficio in angues parato, sive de magico medicamine, tractandis vul- neribus ab angue inflictis. Apertissimè Jobus excantationum anguiferarum, & anguium vi Magicorum carminum necem expressit, cum de Leviathan (Crocodi- lum intelligimus) agens (o), ait: *Concidit eum amici?* (Hebr. *Disrumpet Veneficus?*) Author Ecclesiastici 12. 13. *Quis miserabi- tur incantatori à serpente percusso?* Eandem rem non obscure Psalmista in eo, quem tra- ctamus, Textu designat.

Duplex hæc ratio incantandi serpentes, & vulnera ab illis inflicta, totâ antiqui- tate omnibus ferè populis notissima fuit. Vi carminum Medææ monstrum illud vel- leris aurei custodem alligatum fuisse tra- dit Apollonius Argonaut. lib. 4. Fabellas excantatorum anguium, tum & excantan- di rationes plures accumulât Lucanus lib. 9. Interdum solâ carminum obmurmuratione res agebatur (p).

Primam quas valli spatium comprehendit arenas, Expurgat cantu verbisque fugantibus angues. Interdum depulisse angues fat erat; sæ- pè pariter exterminabantur [q].

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Et Ovidius Metam. l. 7. v. 203. de Medea.

Vipereas rumpo verbis & carmine fauces.

Solebant etiam vi carminum hebetari vel cicurari angues, ut vel manibus tractari potuissent (r).

Spargere qui somnos cantuque manuque so- lebat.

Et Silius Italicus lib. 1.

..... Tactuque graves sopire chelydros.

Magorum sui temporis meminit Orige- nes Hom. 20. in Josue, qui serpentes è la- tebris evocatos securi tractabant. Paria narrat Eusebius in Ps. 53. de Palæstina, & finitimis regionibus: *Sunt*, inquit ille, B b b

o Job. 40. 25.

p Lucan. lib. 9. vers. 913.

q Virgil. Eci- log. 8.

r Virg. Æneid. 7.